

05

A

844

I. N. 7.

22

DISPUTATIO.

De

INDIVISIBILITA. TE ET ILLOCALITATE SPIRITUS,

Quam

IN FLORENTISSIMA LEUCOREA AUSPICE
INFINITO SPIRITU

&

PRÆSIDE

CLARISSIMO VIRO


Dn. M. FRIDERICO HOLTZMANNO,
AMPLISSIMÆ FAC. PHIL. ADJ. LONGE DIGNISSIMO,
AC p. t. EJUSDEM DECANO SPETABILI,

*Dno. Preceptore ac Promotore suo, nullo non loco &
tempore sufficiendo,*

*In Auditorio Majori Horis ante-
meridianis*

Ad diem 26. Junii

Publica & placide ovatione committit
WOLEGANGUS ADAMUS Knopff,
Byrutho - Francus.


WITTERERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.
ANNO M DC L.

V I R O
AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO
Eruditionis item Virtutumq; reliquarum
encomiis Clarissimo , nec non longo multa-
rum rerum usu exercitatis-
simo.

Dno. JOHANNI KNOFFIO, Illustrissimi &
Celsissimi Principis ac Dni.

Dni. CHRISTIANI, Marchion. Brandenburg. Du-
cis Borussiæ &c.&c. Consiliario, Cameræ itidem
Rationumq; præfecto gravissimo,

Parenti suo filiali observantia etatem non satis
devenerando

Julos hosce Academicos

In debita reverentia & otiumq; & fili-
alis obedientia & pietate
piamente consecrat

OS A 844

Obs. fil.

Wolfgangus Adamus Knopff.



Σὺν ΕἼω.

THESIS I.

*Spiritus porrò proprietas est Indivisi-
bitas, per quam non potest is dividī in par-
tes extra partes.*

Ἐπίθεσις I.

Divisio alia Logica est, quā res dividitur, hoc est, spargitur
in plura inferiora, quæ sunt ejusdem naturæ & definitio-
nis. Sicut universalia sic dividuntur: quibus in eo opponitur
Individuum, quod non potest sic dividī. Hic loquimur de di-
visione Physica, quæ per veram separationem fit. Remove-
turq; hæc à spiritu.

Ἐπίθεσις II.

Partes extra partes dupli modo dicuntur. Vel enim per
partes extra partes intelliguntur partes revera diversæ, quarum
una non est alia; Vel etiam, & quidem magis ex proprietate vo-
cum, per partes extra partes intelliguntur partes non solum
diversæ: sed etiam aliud atq; aliud inter se situm in corpore ha-
bentes. Sic Caput est pars extra pectus, manus extra brachium,
quia caput non solum est diversum à pectore: sed etiam ha-
bet distinctum situm & quasi locum in corpore, quām habet
pectus. Quod etiam de manu dicere potes.

Ἐπίθεσις III.

Dicitur ergo Spiritus hæc esse proprietas, quod sit indivi-
sibilis in partes veras & reales, inter seq; diversas. Sicut enim
materia est divisibilis, quippe extensa: Ita è contrario Spir-
itus est indivisibilis.

A 2

THE-

THEISIS. II.

Demonstratur autem Indivisibilitas hæc
tum per Immaterialitatem, tum per simpli-
citatem.

Exthesis

Materiæ enim proprietas est divisibilitas. Itaq; Immateri-
alitas tollit divisibilitaten, & ponit indivisibilitatem essentiæ.
Tum verò quod simplex, id non constat ex pluribus & nullo
modo divisibile est in plura.

THEISIS. III.

Spiritus præterea proprietas est Illoca-
litas.

THEISIS. IV.

Illocalitas est ,juxta quam Spiritus non
potest esse in spatio, per partium sua substan-
tia ad partes spati, commensurationem.

Exthesis I.

Sicut corpus est locale: Ita Spiritus illocalis est. Localitas
autem requirit 1. partes, propriè scilicet dictas, seu quantas &
Physicas. Dantur quidem partes potestativæ, sicut datur totum
potestativū, quale totū est anima: Partes potestativæ, potentiae
ejus, intellectus, Voluntas &c. Sed haec partes propriæ non sunt;
2. requirit spatium Physicum & reale: Non requirit spatium Imag-
inarium. Tale nō spatium est purum putum Nihil. Quod quidem
concipitur, tanquam sit, revera autem non est; 3. postulatur, ut
partes illæ applicentur partibus spati, fiatq; in illa applicati-
one partium justa commensuratio seu proportio, sicut Toti-
us locatus cum spatio: Ita etiam partium corporis cum spatiis
seu loci partibus. Eo quidem modō, ut partes neq; majus
neq; minus spatium, quam pro sua mensura accipere & habe-
re possint,

Exthesis

Hac ergò universa removentur à spiritu per illocalitatem.
 Nempe removentur 1. partes à spiritu. 2. removetur idcirco
 etiam applicatio partium ad spatum distincta pro ratione di-
 stinctiarum partium. 3. Nulla sit commensuratio partium ad
 spatum, seu exacta proportio. 4. Nulla sit idcirco inclusio
 spiritus in spatio & Physica ejus comprehensio. Nam corpus
 in loco est per inclusionem & Physicam sui comprehensionem
 in eo. At spiritus non includitur, sed ipse potius continet spa-
 tium & comprehendit, non autem ipse in eo includitur. Quæ
 res quid positivè seu affirmativè loquendo inferat, infra dicen-
 di locus erit, cum de Definitivo ubi seu præsentia spiritus cre-
 ati erit agendum. Omnis enim negatio talis passionis, quæ
 merè Physica est, & corporis propria, spiritui tribuit magnam
 perfectionem: quam conabimur positivè suo loco exprimere.

THEISIS V.

Est & spiritus incompletus illocalis.

De spiritu incompleto quæritur, annon si sit localis, cùm sit
 in corpore? Et si non sit immediatè in loco, tamen sit in lo-
 co saltem mediante corpore? Et an spiritus quidam non sit lo-
 calis saltem per accidens? Et in specie, an spiritus incomple-
 tus, anima rationalis, sit localis per accidens intrinsecè? Re-
 spondemus autem, cui desunt omnia requisita Localitatis, id
 propriè locale non est. At ita se cum spiritu res habet, sicut
 nunc dicebamus. Non ergò est localis propriè. 2. Nequè ali-
 quis spiritus est localis per accidens & extrinsecè. Nam si per
 accidens est localis, verè nihilominus erit localis. Id quod ta-
 men, sicut dictum, cum Spiritus natura conciliari non potest.
 Profectò quando aliquis Spiritus agitat movetque corpus ali-
 quod assumptum, tam non est vel sit localis, quām non sit lo-
 calis, quando in alio nō vel ubi præsens est. Quid ita? Quia

utrobiq; præsens est illocaliter, hoc est, citrè locationem partium in utroq; illo & vel ubi; quia in utroq; existit sine partibus, quæ idcirco locari & applicari spatio, non possunt. Nequè sequitur verò, Spiritus est in corpore locali, Ergo & spiritus est localis saltem per accidens. Ratio, quia passio corporis non potest statim spiritui tribui. Nisi forsitan, quia corpus compositum est, quia patibile est, idcirco velis dicere, etiam spiritum saltem per accidens esse compositum & patibilem in sua natura, quia in corpore composito est. Neq; enim id, quod est partis potest aut debet alteri parti tribui. Deest enim fundatum talis attributionis.

"Exhort. II.

In specie quod attinet spiritum incompletum, qui est anima rationalis, illa non potest dici localis per accidens & quidem intrinsecè. Nam 1. hæc malè consentiunt, localem esse per accidens & tamen intrinsecè. Si Spiritus incompletus intrinsecè est localis, idquè propter unionem cum corpore humano: tūm etiam per se est localis. Quid ita? quia unio cum corpore spiritui incompleto est naturalis, & intrinsecè ei convenit & per se. Quali modo igitur ei convenit unio: eodem modo attributionis convenit ei localitas. At falsum est aperi-
tissimè, Spiritum incompletum esse per se localem. 2. Si Spiritus incompletus vel anima sit localis per accidens, quia est in corpore locali: etiam corpus erit illocalē, quia est in anima illocali. Quia Substantia Incorporea suā virtute contin-
gens rem corpoream continent eam & non continentur ab eā; Anima enim est in corpore, ut continens, & non ut contenta.
vid. Thom. p. l. S. Q. 52. Unde acutissimus noster olim Philosophus Jac. Martini b. m. aliquando dicebat: Non tam esse animam in corpore, quam corpus in anima. Quod si corpus ob im-
proportionem suam ad illocalitatem non sit ideo illocalē: igitur nec Spiritus Incompletus ob unionem cum anima sit localis. Quia huic & què repugnat localitas, atq; corpori illocalitas. 3. Cujus in corpore existentis præsentia seu adessentia est

Probet q[uod] 10

est & manet illocalis: illud ob existentiam in corpore non sit
illocale vere, sive per accidens, sive per se, sive intrinsecè. Sub-
sumo de spiritu completo simul & incompleto. Ergo. De quā
re plura pro conflictu.

THE S I S VI.

Demonstratur autem illocalitas per in-
extensionem. Quicquid enim inextensem
est, id neq; potest cōexiendi spatiū partibus:
Spiritus est inextensus. Ergo.

Tῷ μόνῳ καὶ ἀοράτῳ Θεῷ δόξα καὶ τιμὴ^{τοῖς}
καὶ τιμή τοῖς διάβαι!

DISPUTATIO VI.

Ad Praestansimum & Eximum

Dn. WOLF. ADAMUM KNOPFIUM, de Spiritus II-
localitate solerter Disputantem.

A Mice, dum fœcundiore pectore
Disertius & alacritate maxima,
Tuae eruditioris explicas opes
Sat divites, insultibus ab hostilibus
Dum vindices Thebes & afferas Tuas:
Quid cogitem? quid ominder Tibi, nisi
Amplos honores olim & ampla præmia?
Si porrò diligentiam Tuam urserts,
Specij, Patris Optimi responderis,
Cui dulcius nib. nil suavius, Tuis
Quàm de profectibus felicia.
Audire, queq; laudibus sat digna sint:
Felicius multò cadet, quod sat scio,
Præsagium, quàm Tu putaveris, meum.

Gratulandi causa & affectus sin-
cerissimi ergo

f. αὐτοχεδιασί

M. Fridericus Holzmannus, Colleg. Philos. Adj.
& p. t. Decanus.

Eaimio ac Dottissimo

Dn. WOLF. ADAMO KNOPFIO, Philosophiae Can-
didato strenuo, Fautori, Amico ac Conter-
raneo pl. honorando.

Est formosa quidem Virtus, sed pulvere nigra,
Pnevma sic pariter sedulitate nitent.
Fortiter hoc KNOPFI monstrabis Præside magnò,
An locus, an visus competit aligeris.
Tempora sic redimita rosis Chloris dabit, undiq;
Et Jovæ Summi munera summa feres.

Deproperabat

NICOLAUS Giech.



05 A 844





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-523643-p0012-8

DFG

Farbkarte #13



7.
TIO.
IBILITA.
CALITATE
TUS,

LEUCOREA AUSPICE
SPIRITU

SIDE

MO VIRO

O HOLTZMANNO,

ADJ. LÖNGE DIGNISSIMO,
CANO SPETABILI,

tore suo, nullo non loco &

spiciendo,

ori Horis ante-

anis

6. Junii

vñrñœ commitit

DAMUS Knopff/

-Francus.



ERGÆ

NERI, Acad. Typogr.

DC L.

22